BIBLIOTECA NAZ.LE
XXVI*
A
36
NAPOLI

116
a
114

Digitized by Google

Rod: Scherer.
20. b.

Digitized by Google

Digitized by Google

CHRESTOMATHIA POETICA

Oder

Auserleſene Stücke

aus

CATVLLO, VIRGILIO, HORATIO und MARTIALE

zum bequemen Unterrichte der Jugend in der Lateiniſchen Poeſie geſammlet und erkläret:

mit einer Vorrede

des ſeel. Joh. Matthiä Gesners,

weiland Königl. Hofraths und Profeſſors zu Göttingen,

itzt zum andernmal herausgegeben und verbeſſert

von

Joh. Mich. Heinze,

Rect. der Schule zu St. Michaelis in Lüneburg.

Leipzig und Zelle,

in Verlag Georg Conrad Gſellius,

Königl. privil. Buchhändler. 1769.

BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORI ERVDITO ET AEQVO

S. D.

I. M. HEINSIVS.

E Conſilium colligendi has Chreſtomathias initio quidem non aliud fuit, quam vt haberet ſchola noſtra, et, ſi vellent, etiam aliae, vnde adoleſcentuli vſu proſodiae Latinae largius commodiusque quam ex ſolis Ouidii Triſtibus, aut aliis quibusdam libris ad id comparatis, ſed parum comtis, imbuerentur: vbi porro colle-

ɛta legerentur loca optimorum poetarum talia, quae non modo excitare poſſent ingenia ad poeticam forte nata, hisque idonea ad imitandum exempla praebere, ſed ex quibus etiam liceret fructum aliquem ſiue ad vitam et mores, ſiue ad antiquitatis, aliarumque bonarum rerum cognitionem capere: quae denique eiusmodi annotationes adiunctas haberent, quibus et ipſa diligenter declararentur, et guſtus ille, quem hodie vocant, h. e. iudicium veri pulchrique adiuuari videretur. Cum vero probata eſſet tenuis haec opera mea pluribus viris doctis, qui aut commendarent eam publice, aut ipſi in ſcholis & gymnaſiis ad inſtituendam adoleſcentiam adhiberent: coeperunt eorum aliqui optare, vt reliquorum etiam poetarum Latinorum, velut Lucretii, Tibulli, Propertii, Iuuenalis, Perſei, Silii, Statii, Valerii Flacci ſimilia excerpta

darem,

darem, et ſimili modo illuſtrata. Cui deſiderio vellem equidem ſtatim cum hac noua libri editione ſatisfacere poſſem. Sed ſerius indicatum eſt mihi de opuſculo typis repetendo, et feſtinabat bibliopola: ego vero quo minus id agerem hoc tempore, alio labore impediebar; et, quae poſtulabantur, plura erant et maiora, quam quae paucis plagulis comprehendi poſſent, aut tam ſubito recte protruderentur in publicum; hac praeſertim aetate, quae peccata ſcriptorum inclementius vindicat, et in libris adoleſcentium ſtudiis deſtinatis elegantiam iudicii vel maxime, nec id immerito, ſolet requirere. Itaque nunc quidem malui haec curate recenſita, et vbi opus eſſet emendata dare: caeterum ſi Deus vitam et otium mihi conceſſerit, quam primum potero, de altera parte huius Chreſtomathiæ cogitabo; quae loca inſigniora poeta-

rum, quos ſupra nominaui, contineat, vnde poſſint de ingenio et ſpiritu cuiusuis cognoſcere, qui hoc cupiunt, neque tamen totis operibus legendis exponendisue volunt vacare. Interim his fruere, beneuole Lector, et ſtudiis meis faue. Scribeb. Luneburgi Kal. Iuliis

CIↃ IↃ CC LXVIII.

PRAEFATIO
B. IO. MATTHI. GESNERI.

Quod pro me meisque laboribus neque feci vnquam, neque facturus eram, vti eos defenderem aut commendarem, illud in amici cauſa, licet ea meae coniuncta ſit, facere non dubito; cum hic libellus, in cuius fronte ſcribuntur iſta, meo conſilio atque hortatu inſtitutus paratusque, meum qualecunque patrocinium iure ſuo exſpectet.

Digitized by Google

Non poteſt autem commodius illud fieri, quam vt primo totum hoc genus, quale ſit, oſtendatur, deinde quid de hoc praecipue libello ſperari poſſit, indicetur. Iam totum illud conſilium non ſemper, ſub initia praeſertim, integros bonorum ſcriptorum libros, ſed locos illuſtres de illis excerptos, proponendi legendos adoleſcentulis, ſi qui non vſque quaque videantur probare, illi forte hoc tantum dixere, ſenſerunt quidem certe, ſi recte de prudentia illorum iudicamus, non ſatis eſſe ad eruditionem excerptos ciusmodi locos ſi quis legerit; opus eſſe, vt integrorum quoque librorum inuentionem, argumenta, diſpoſitionemque inſpiciant adoleſcentes; in quo nemo ſanus repugnat. Ceterum

non

non eſſe, niſi iam adultiorum, vno quaſi obtutu contemplari totam orationem, totum librum, et illius oeconomiam, deſcriptionem, argumentationem, totam inſpicere, quo quis diutius attentiusque in hoc docendi opere eſt iactatus, tanto magis obſeruauerit neceſſe eſt. Parum nouit ingenia adoleſcentulorum, quin hominum, qui ignorat, plures eſſe, qui vna hora totum aliquid, totam narrationem, totam diſputatiunculam, deſcriptionem, argumentum denique quodcunque totum velint cognoſcere, quam qui per vices et interualla continuare longiuſculum laborem cupiant, et quomodo inter ſe apta deuinctaque ſint omnia, perſpicere ac tenere. Neque vero illud dubium eſt, eum facilius

ſibi ipſi vel aliis rationem reddere ſingularum horarum poſſe, qui ſingulis horis integrum quiddam, quam qui velut decerptum et abruptum membrum cognouerit. Laborioſior eſt, maiori omnium partium mentis aduerſione et applicatione opus habet, quam quae in primam aetatem cadat, illa vtilis alioquin et neceſſaria adeo totorum librorum nec interrupta cognitio (*). Sed hoc ita eſſe, et vix opus eſſe, vt quis illud rationibus probandum ſuſcipiat, ſatis ipſe vſus eorum oſtendit, qui ab

omni

(*) Pluribus locis pro illa ſelectorum locorum tractatione diſputauit, eamque omni ratione commendauit, praeclarus ſi quis alius, rationis docendi ac diſcendi auctor Rollinus *de la Maniere d'enſeigner et d'etudier les belles lettres* T. 1. p. 213. 236. 238. T. 2. p. 12. etc.

omni fere aetate boni doctores adoleſcentiae ſunt habiti. Non dicamus de illo genere excerptorum, quas χρείας, aut χρηστομαθίας, aut *laudabilia*, dicebant antiqui, de quo Scaliger (ad Varro. R. R. 1, 59, 3.) Woweriusque (in Polym. c. 12.) Neque Photii Bibliothecam huc aduocabimus, quod opus potius praeluſit eorum induſtriae, qui hoc et ſuperiori ſaeculo de libris nouis vel veteribus, libellis per interualla diurna aut menſtrua prodeuntibus, referunt: neque Stobaei Iohannis illas eclogas, neque illam Conſtantinopolitanorum diligentiam rei ruſticae, nominatim hippiatricae, tum accipitrariae, ſed etiam de Legationibus, de virtutibus et vitiis, excerpta, vt apud Latinos

tinos agrimenſoriae rei, condentium; multo minus Iuſtini in Trogo, Xiphilini in Dione Caſſio concidendo, quae quidam interpretantur, ſcelera commemorabimus: cum illa opera plane aliud ſibi propoſitum habuerint. Sed illud modo meminiſſe velimus lectorem, illas Rhetorum Latinorum controuerſias, quales in Senecae rhetoricis operibus habemus, ideo eſſe excerptas, vt haberent adoleſcentes, in quo cogitandi et eloquendi ſolertiam exercerent, nec tamen integras legere orationes cogerentur: et vnde illa partium carminis Homerici diuiſio, vt laudentur Βοιωτία, Λιταὶ, Νυκτεγερσία, Πατροκλεία, Ασπὶς, Νεκυία (vid. Hudſon. Ind. ad Longi. de Sublim. v. Νεκυία) niſi quod partes carmi-

carminum ſeparatim praelectae ſunt? Sic de ſexto Ciceronis de Republica excerptum Scipionis ſomnium, commentario Macrobius explicauit: ſic locum Homeri de antro Nympharum proſecutus libello peculiari Porphyrius: hinc tot in Bibliothecis ſcripti manu codices, non tota opera, ſed partes plurium excerptas complexi? Quid poſt literas renatas? Nihil ſane hoc genere librorum frequentius. Inter antiquiſſimos huius generis eſt *Nicolai Marſcalci Thurii Enchiridion poetarum clariſſimorum*, cuius quatuor libros dedit (Erphordiae 1502. 4. h. e. foliis pene quadratis, oblongis) et in fine promiſit plures. Cum rarum eſſe opus intelligam, ex eo, quod neque Fabricio,

neque

neque Schoettgenio eius facta copia eſt, quorum hic diſſertationem de noſtro inſeruit Tomo vltimo S. VI. Bibliothecae med. et inf. Lat. Fabricianae pag. 749-762. et memoriam viri praeclari conſeruauit: non ingratum forte fuerit quibusdam lectoribus hic diſcere, eſſe opus pro illa aetate cultum ſatis, typis Ienſonianorum ſimilibus impreſſum. Graeca primo libro etiam dantur pluscula Orphica, Pythagorea, Phocylidis, Homeri, Pindari, Heſiodi, Theocriti, Moſchi, Callimachi, eaque ſine notis interpunctionum, accentuum ac ſpirituum et apoſtrophi, literis alioqui minuſculis, niſi quod τῦ litera ad figuram maiuſculae Ν formata; υpſilon autem non rotundum eſt,

eſt, ſed ν; Delta quoque triangulare, vt ſit λ infra clauſum, ζ vt a ξ nihil quidquam differat, ſcripta omnia ſine compendio vllo literarum vel nota. Dantur non modo plurimi antiquorum poëtarum Graecorum et Latinorum loci excerpti, illi cum Latina interpretatione ſolutae orationis vel ligatae nonnunquam: inter haec etiam, in ipſo fine libri primi Pulicis de hermaphrodito nobile epigramma Latinum, cum A. Politiani interpretatione Graeca, quam huc adſcribere, ſpecimen ſcripturae non vulgaris, et ad elegantiſſimorum MSptorum rationem proxime accedentis, et materiem exercendae adoleſcentiae, manus pruriebat. Sed verebar, ne typographi non poſſent

aſſequi. Ceterum dignum videtur hoc enchiridion, quod in Bibliothecis aſſeruetur, propter hiſtoriam etiam artis typographicae. V. G. neque folia numeris ſignantur neque paginae; ſed literis A, B etc. ordinantur ſeniones plerumque foliorum, vbi obſerues, media duo folia alterius chartae, nigrioris fere eſſe, bina extrema candidioris: rari ſunt quaterniones. Sunt imagines additae ruditatem ſaeculi referentes illae quidem, ſed indicantes eaedem eruditionem inuentoris. V. G. Pictus eſt ſenex librum manu tenens apertum, in quo verba ſunt, ΠΛΟΥΤΟΥ ΜΗ ΦΕΙΔΟΥ, et ΓΝΩΘΙ ΣΕΑΥΤΟΝ. Alius tenet volumen explicatum, in quo, ΕΡΩΣ ΠΑΝΤΑ ΝΙΚΙ. (pro νικᾷ) Im-

Implent hi quatuor libri ſpiſſum ſatis volumen, ſex, puto, circiter ſcaporum. Cum non memoretur typographus, videtur ipſe Marſcalcus inſtitutam iam tum habuiſſe domi ſuae typographian. Inſcripti ſunt quatuor libri *ingenuo puero Enrico Georgii Eberbach Erythrapolitani Archiatri Erphordienſis celeberrimi filio*, quem videtur inſtituiſſe Marſcalcus noſter, cuius patrem vitam ſibi ſaepe dediſſe praedicat; cui in ipſo fine operis ita gratulatur, *Vale Enrice puer incundiſſime, et quem hoc anno primum gradum cum fratre tuo Petro intra* Telesphorianam (*) *ſuſcepiſti* Abſtinen-

(*) Aduertebat me *Telesphoriana* haec *Abſtinentia.* qui non ita pridem de Telesphoro commentatus (Comm. Societatis Scient.

ſtinentiam, *feliciter cum illo auge.* Etiam hoc nomine non indignus videtur hic liber, qui ſeruetur in Bibliothecis, quod forte habet lectiones bonas, vt modo inci-

Gott. Tom. 2. a p. 298.) nihil recordarer, quod huc faceret. Sed nihil certi extricare vnius alterius horae ſtudio potui. Supereſt vt coniectura mea ponenda aliorum vel memoriam vel ingenium excitem. Alloquitur Marſcalcus puerum (qui poteſt pro illius temporis ratione loquendi etiam viginti annos habuiſſe) Erfordiae. In hac vrbe eſt nobilis Carthuſia: *abſtinentia* a carne omni et mollibus deliciis, eſt velut character huius ordinis: quid ſi hoc voluit Marſcalcus, in Carthuſia, inter *abſtinentes* illos verſantem Eberbachium iuuenem vel primum gradum inſtituti illius, ſ. nouiciatum vel etiam primum gradum Philoſophiae, bacalaureatum, ſuſcepiſſe: *Telesphoriana,* ſi non ab auctore inſtituti, quodam Telesphoro, quod firmare argumento non poſſum; certe a *perfectione,* quam prae ſe ferebant Carthuſiani, quaeque paſſim illis tribuitur, potuit dicta eſſe. Vid. V. G. Io. Sarisber. Polycrat. 7. c. 23. p. 505. ſqq.

incidunt oculi in principium Arateorum Auieni, vbi obſeruo, *Carminis incentor mihi Iupiter*, pro quo vulgatum *inceptor*, ſignificatione dilutiore, vt mihi videbatur. Non fruſtra, credo, fuerit, quem hic non poenituerit venari per horas aliquot, cum ſint interdum loci bene longi, cum Marſcalcus vir doctus, cum Erfordia habuerit tum codices MSS. plures forte quam hodie e. i. g. a.

Poterat hic commemorari magna multitudo ſimilis inſtituti Eclogarum, Graecarum praeſertim, vbi illud magis etiam quam in Latinis opus eſt. Sed ſumma diligentia hanc etiam partem ſuſcepti muneris perfecit Bibliothecarius ille noſter Fabricius, qui bonam

partem Voluminis XIII. Collectionibus huius etiam generis ſcriptorum Graecorum impleuerit, Neandrinis, praeſertim, Camerarianis, tum Vorſtianis, Maittairianisque et ſimilibus, vt nihil ſolebat contemnere nec eorum, quae iuniorum aetati ſunt deſtinata. Quare de illis tantum aliquid dicetur, quae ab eo tempore, quo ille Tomus editus eſt, in hoc genere acta ſunt. Igitur *Matthaei Dreſſeri Gymnaſmata* (recenſita a Fabricio p. 468.) recuſa et adiectis quibusdam aucta ſunt ſub titulo, *Collectiones literaturae Graecae* ab *Andrea Grauenhorſt* Berleburgi 1726. 8.

Qui ab anno inde ſaeculi noſtri XVII. edenda *Chreſtomathia Ciceroniana*, atque annis aliquot poſt *Pliniana*, prodeſſe tiro-

tironibus ſtudueram, ſucceſſu vtriusque libri (de quo plura dicere meum non eſt) inuitatus, etiam *Graecam* publicaui A. XXXI. cuius quarta nuper editio facta eſt, quod etiam Ciceronianae contigit, quae tamen cum ſorore ſua Pliniana aliquot annis propter fatum Bibliopolii Bielckiani velut ſtrangulatae nunc a me retractatae, (*) Ciceroniana etiam aucta, in manus hominum velut poſtliminio redeundi facultatem nactae ſunt. Reuixiſſe quodammodo

(*) Ciceroniana quidem nupera demum hieme; Pliniana autem iam ante decem annos: a quo tempore incerta Bibliopolii conditio illam remorata eſt. Hoc moneo, quia video, praefationi adſcriptum annum hunc, quo iſta ſcribo. Pluſcula autem per hoc tempus didici, quae prodeſſe Plinio poterant: quorum omiſſio fraudi mihi apud aequos iudices eſſe non debet.

Digitized by Google

ab eo tempore videtur et nomen Chreſtomathiae (*), et ipſum ſtudium talia ſelecta, laudabilia, eclogas denique edendi.

(*) Sic vocarat olim ſuas de poëtis et rebus poëticis obſeruationes Proclus, quarum ſumma Photio conſeruata editaque inſuper cum A. Schotti obſeruationibus et cum Apollonio Sylburgii. Chreſtomathiae (χρηστομάθειαι) decerptae ex Strabonis Geographicis editae cum Hudſoni Geographis, et ipſo Strabone Almeloueenii. Vid. Caſaubo. et Menag. ad Diog. Laërt. 3, 66. et Dodwell. de Strabonis excerptore §. 2. Nec recentioris aeui hominibus titulus ille diſplicuit. Notae ſunt *Chreſtomathia Terentiana I. H. Boecleri: Conr. Dieterici Chreſtomathiae Graecae Specillum*, quo introductio ad Philologiam Graecam continetur. Similis argumenti eſt V. Cl. *Mich. Richey Chreſtomathia Graeca ſ. de recte inſtituendo linguae Gr. ſtudio conſilium. Io. Guil. Bergeri Chreſtomathia Longini*, operi de naturali pulchritudine orationis ſubiecta, *ſelectam diſciplinam* et praecepta illius rhetoris continet. De Satirico libello, *Chreſtomathia Petronio-Burmanniana*, quem famoſum iudicarunt Conſules Amſtelodamenſes, hic nihil dico. *Chreſtomathiam Lucianeam* promiſit in Callimachi praefatione *Stubelius*.

edendi. Nempe ipſa literarum Graecarum ſtudia nouum ab eo tempore vigorem videntur recepiſſe, quod inductione plurium librorum vel magnorum, qui Bibliothecas ornant, vel paruorum, qui iuuant tirones, oſtendi poſſet. Hic tantum collectiones libellorum vel locorum Graecorum indicantur, in quas non hoc agens incidi.

Deliciae Graecae ex antiquiſſimis et optimis autoribus, Demoſthene, Iſocrate, cet. *in vſum ſcholarum collectae.* Magdeb. 1732. 4. pag. 292. Praefatus eſt V. C. *Sam. Walther.* Habentur hic *Demoſthenis* Olynthiacae tres, *Iſocratis Or. de Pace, Herodoti* 1, 1-62. *Thucydidis* prooemium. *Xenophontis* Cyropaediae lib. I. et fabula de Hercule. *Cebetis* tabula.

Platonis de Legibus libri V. prooemium. Ex *Ariſtotelis* Rhetoricae libro II. quaedam de notatione morum. Ex *Theophraſto* quaedam virtutes et vitia. *Lyſiae* Oratio contra Philocratem.

Chreſtomathia Patriſtica Graeca ſ. loci illuſtres ex antiquiſſimis Patribus Graecis ſelecti, ac noua verſione Latina Scholiisque Latinis, per ſchediasmata quaedam, in vſum iuuentutis literariae adornati. Faſciculus ſextus et vltimus prodiit Vratislau. ap. Kornium 1745. 8. opera *Io. Chriſt. Schindel*, qui in praefatione vltimi faſciculi vehementer laudat auctoritatem, conſilium, auxilia ſummi Viri ac Theologi *Io. Frid. Burgii*, cuius etiam eſt toti Collectioni praefixa iam 1739. praefatio, qua totum quoque hoc ſeli-

gendi τὰ χρηστὰ inſtitutum commendatur. Optabile erat, neminem eſſe, qui ad theologiae ſe ſtudium contulerit, quin vel hoc libro duce (qui tribus fere ſcapis, Alphabeta vocant librarii, continetur) quum paucis contingant bibliothecae, qui homines et quales ſint, qui vocantur Patres Graeci, tanquam guſtu quodam cognoſcat, et horum ſubſidiorum ope, quae etiam viua doctoris voce carere poſſunt, notitiam aliquam cum illis hominibus contrahat, quae deinde, vbi nata eſt occaſio, in familiaritatem quandam poſſit transire, in aliis certe barbaram ruditatem arceat. Sunt enim hic *Iuſtini M.*, *Irenaei*, *Clementis Alexandrini*, *Origenis* loci inſignes, eſt *Gregorii Thaumaturgi* meta-

phraſis in Eccleſiaſten, *Euſebii*, vel potius Eccleſiae Lugdunenſis de paſſione Martyrum ſuorum narratio, *S. Athanaſii* epiſtola contra Arianos exegetica, *Baſilii M* homilia in illud, Attende tibi ipſi, et Epiſtola ad Italos et Gallos, ſunt *Cyrilli Hieroſ.* Procatecheſis et Catecheſis myſtagogica ſecunda: Sunt *Greg. Nazianzeni* quaedam ἀποσπασμάτια ſolutae pariter et ligatae orationis, ſunt denique pluscula *Io. Chryſoſtomi* praeſertim ex libro in S. Babylam diſputata contra Iulianum et gentiles, et nobilis in Eutropium homilia. Debetur huic Chreſtomathiae locus inter primos in bibliothecula ſtudioſi Theologiae. Per hunc librum voti ſui iam compos ex parte erat, quo tempore illud nuncupabat,

bat, vir venerab. Io. Ad. Fleſſa, in oratione, qua A. 1741. munus Altonanum auſpicatus eſt, de ſtudio eccleſiaſtico per iniuriam e ſcholis paſſim exulante (p. 257. Faſciculi commentationum) vbi inter alia aduerſus obiectam ſibi librorum inopiam, *habere* ſe ait *perfugium* χρηστομαθειῶν — *Quid eſt, cur* Chreſtomathia *aliqua Latinorum* patrum *luce indigna, ſtudiisque adoleſcentiae minus apta cenſeatur?* Sed viderat eo tempore tantum primam partem Burgiani inſtituti, Vir doctiſſimus, et forte illa ipſa oratione occaſionem dedit, vt eo alacrius illud vrgeretur, eoque fieret vberius. Супereſt, vt in Latinis Patribus aliquis conſilio Ven. Viri obtemperet.

Neque laude ſua priuandus eſt libellus viri multis nominibus de pueritia et adoleſcentia bene meriti, cuius titulo propoſito ſatis indicari argumentum et ratio poteſt, *Griechiſche Ergötzungen, d. i. die weiſen Sprüche Menandri, die ſinnreichſten Erfindungen aus den Fabeln Aeſopi, Aphthonii und Gabriae, die nützlichſten Briefe Alciphronis, und die luſtigen Erzehlungen Hieroclis, welche insgeſammt in griechiſcher Sprache, mit einer darauf folgenden deutſchen Ueberſetzung nebſt einem doppelten Anhange der Fabeln Phaedri und Aviani, die im Griechiſchen vorgekommen, der ſtudirenden Jugend zu einem geſegneten Anfange in Erlernung der griechiſchen Sprache, zu beliebter Anleitung in guten Sitten, und zu rühmlicher Ge-*

Gemüths - Vergnügung an das Licht ſtellet M. Abraham Kriegel T. (h. e. tertius Collega Scholae Thomanae Lipſienſis) *Leipzig* 1747. 8.

Paullo poſt, nempe 1749. Turici 8. prodiit vtiliſſimus et elegantia etiam commendabilis libellus, *Eclogae ex optimis Graecis ſcriptoribus, ad vitam ſtudioſae iuuentutis informandam, cum interpretandi ſubſidio, quam potuit emendate propoſitae.* Qui norit *Breitingerianae* induſtriae deberi hoc opuſculum, ille egregia omnia de illo ſperat merito. Habentur hic *Luciani* inſomnium, *Cebetis* tabula, *Iſocratis* παραίνεσις, *Plutarchi* libellus περὶ τȣ̃ ἀκȣ́ειν, *Theophraſti* characteres. Subſidium interpretandi praeſtitit Vir doctiſſimus (de verſionibus

enim iudicat quod ego, illas melius hic abeſſe) annotationes quasdam et gloſſarium. Sed neque criticam opem non impendit his eclogis.

Hi mihi de Graecis innotuere. Latina in primis duo Gallorum hominum in hoc genere opuſcula cupide, vt ſolet, arripuit Germania, et repetitis editionibus frequentauit. Ponamus duarum breuem notitiam. Prodiit Pariſiis (1727. 12. 2 Voll.) *Heuſei* vel *Heuſeti* libellus hoc titulo, *Selectae e profanis ſcriptoribus hiſtoriae, quibus admiſſa ſunt varia honeſte viuendi praecepta ex iisdem ſcriptoribus depromta.* Repetitus eſt, cum ipſa praefatione Gallica, ad verbum, Berolini (1728. 12. 2 Voll.). Sed cum auctor non vbique ſeruaſſet ipſa verba

verba antiquorum ſcriptorum, ſed leuandae difficultatis cauſſa quaedam interdum immutaſſet, Lipſiae repetitus eſt ad Pariſienſe exemplum libellus ita, vt (quod habet titulus edit. 2dae 1734. 12.) *loci auctorum praepoſtero conſilio vel immutati vel decerpti, reſtituti accuratiusque citati* fuerint. Quod Graecorum loci ex interpretationibus recentiorum dati ſunt, monendi ſunt adoleſcentuli, vt cogitent ſe non legere verba antiqui ſcriptoris. Et in vniuerſum animaduertendum eſt, ob diſſimile ac diuerſum adeo ſcribendi genus hunc libellum non ad formandam orationem debere commendari, niſi ea addita cautione, vt diligenter vbique obſeruetur, cuius aetatis et quis ſcriptor legatur.

Verbo,

Verbo, magis ad rerum bonarum copiam, quam ad ſtilum formandum, hoc libro vti conuenit.

Vtrique autem rei ſeruire poteſt breui mole libellus, *M. Tullii Ciceronis eclogae*, a *Ioſ. Oliueto*, cui ſplendidam illam operum Tullii editionem in Sereniſſimi Delphini vſum factam debemus. Inſcripſit eas eclogas ipſi Delphino. Pariſ. 1744. Hic vero redactas ſub XII. Capita ſententias, diſputationes, narrationes Tullii, paruae molis libello comprehenſas Gallica interpretatione, qua facultate multum illum valere nouimus, inſtruxit. Arreptum eſt et hoc opuſculum, recuſum inter alia etiam Turici (1748. 8. p. 240.) titulo, *Auserleſene Gedanken aus den Schriften des*

M.

M. T. Cicero etc. Omiſſa Gallica interpretatio, adiectae annotationes Germanicae paullo vberiores quam ſunt in Gallico exemplo.

Anno proximo 1745. hic Gottingae in vſum praelectionum Academicarum recenſui atque edidi libellum hac praeſcriptione, *Enchiridion ſ. prudentia priuata ac ciuilis T. Pomponii Attici, M. et Q. Ciceronum, Cn. Iulii Agricolae, Imp. Caeſ. Neruae Traiani, a Nepote, Ciceronibus, Tacito, Plinio, deſcripta.* Nihil hic aliud egi, quam vt indicatos libellos, quam accurate atque emendat^ poſſem expreſſos traderem meis auditoribus, ac de quibusdam lectionibus breuiter rationem in

praefatione redderem, cetera praelectionibus reſeruarem omnia.

De Poeticis collectionibus Freyerianis et Graeca Vorſtiana egit laudatus Fabricius.

Chreſtomathian poeticam Latinam ſimilem Ciceronianae ac Plinianae optare coepi iisdem de cauſis, ob quas iſtas olim ipſe conſtruxi, ab eo praeſertim tempore, quo videbar mihi obſeruare, poëſin Latinam tantum non exigi ſcholis quibusdam, ſiue quod doctorum ſtudia magis in alia omnia ferantur, philoſophiam praeſertim, quam pro ſuo quisque captu vocant; ſiue quod vernacula poëſis

ſola placet, et Gallica, quibus etiam vulgo *elegantiorum literarum* nomen ita tribuunt quidam, vt Latinas Graecasque tanquam triſtes nimium et rugis deformes, eius honore nominis non dignentur. Triſte vero fatum eruditionis in vniuerſum, ſi amittatur poëtica illa: quod non difficile eſt ad oſtendendum, ſed alio forte loco agetur a nobis diligentius. Nunc illud modo admonere lectores placet, poëſin ſemper fuiſſe nutriculam ingeniorum, poëtarum ſermonem eſſe partem vnius cuiusque linguae praeſtantiſſimam pulcherrimamque; renaſcentium literarum haec fuiſſe principia, vt poëtae exiſterent, adeo quidem, vt illo ſaeculo Poëta ſignificaret homi-

nem Graecis Latiniſque literis cultum, qui bellum barbariei indixiſſet. Qui latinos poëtas non cognouit, vt de his nunc potiſſimum dicamus, ille ne quidem legere cum fiducia in publico, et pronunciare, vt oportet, poteſt orationem ſolutam, nec ſentire oratorios numeros, nec de poëta Romano iudicare poteſt; ſi vero emendare audeat, plane turpiter ſe dabit; taceo quod ſuauitatis expers eſt, quam maximam dicunt, qui guſtare potuerunt; taceo quod fatentur, qui probatum ſapientibus carmen ſcripſere, ſe antiquis vſos, et ſi illud negare animum inducerent, facile rebus praeſentibus conuincerentur. Verum ea eſt Virgilii, Horatii, Ouidii dignitas,

vt videri cupiant illos imitati eſſe, illos expreſſiſſe etiam, qui vix a primo illos limine ſalutarunt; vt interpretari eos interdum audeant, qui diſcere ante illorum ſermonem et percipere ſenſus debebant. Harum igitur rerum cauſa optabile fuit, exſtare librum, e quo guſtu poëticae ſuauitatis qua Latina eſt, imbui poſſit aetas adoleſcentulorum, eorum adeo omnium, qui rudes diutius eſſe nolint, in quo non habeantur modo loci laudabiles atque illuſtres, ſed iidem etiam enarrati explicatius, propter illos, qui vel non habeant opportunitatem boni et viui praeceptoris, vel qui ad docendum talia ſe conferre ante coguntur, quam aliunde ipſi didicerint, quod fieri non

 nun-

nunquam, et cum inter bonos bene agitur, tamen fieri neceſſitate quadam, non ignotum, ne valde quidem rarum eſſe nouimus. Accedit, quod vtile eſt ſub exemplis interdum moneri homines, quibus rebus, quo apparatu variae doctrinae opus ſit, ſi quis plane intelligere poëtam antiquum velit, commendarique ſic Polymathian adoleſcentibus, et doctrinam multiplicem in reliquo etiam ſtudiorum et vitae curſu profuturam. Quae cum ita ſint, per mihi iucundus ille nuncius fuit, cum indicaret mihi Vir doctiſſimus, et propter ingenium, virtutem, doctrinam, merita ſua, mihi Cariſſimus *Io. Michael Heinſius*, ſe parare Chreſtomathian poëticam, et, laudato a me con-

conſilio, non ita multo poſt mitteret ſpecimina opuſculi, quibus equidem opus non habebam, quia plusculis inde annis carum Sodalem in Seminario Philologico, et in Teutonica Societate, habuerim, *Heinſium* meum, qui quos ille interpretatus eſt Senecae libros, exempla bonae interpretationis commendare ſoleam amicis iunioribus: ſed illa vidiſſe tamen gaudeo, quod eo aſſeueratius commendare opuſculum Bibliopolae potui, et nunc poſſum ſcholis, quarum profecto magnum bonum eſſe, vti totum *Heinſium*, ita hanc viri Chreſtomathian iudico, feliceſque adoleſcentulos, vel quoscunque alios, qui poëſeos Latinae guſtu imbuere ſe vel alios de hac Chreſtomathia

mathia volent. Hoc ipſum ea fide, qua me ſcholis obſtrictum eſſe ſentio, ea religione, qua teſtimonia dici debent, *confirmo.* Scrib. Gottingae a. d. XXIV. Auguſti, A. cIↄ Iↄ CCLIIII.

Digitized by Google

I.

CHRESTOMATHIA
POËTICA
EX
C. VALERIO CATVLLO.

Digitized by Google

Digitized by Google

Catulli Lebensbeſchreibung.

Dieſer Poet iſt, nach dem ſel. Fabricius (Biblioth. Lat. I. c. 5.) im 668. Jahre der Stadt Rom, oder im 86. vor Chriſto, entweder zu Verona, oder nicht weit davon, am See Benacus, von edlem Geſchlechte geboren. Wenigſtens freuet er ſich ſo ſehr, ſein Landhaus daſelbſt wieder zu ſehen, daß ſeine Freude über den Ort ſeiner Geburt nicht gröſſer ſeyn könnte. (S. epigr. 32.) Er lebte alſo zu den Zeiten der Freyheit, und ſtarb im 708. Jahre der Stadt, oder 49. Jahr vor Chriſti Geburt, eben da der bürgerliche Krieg zwiſchen dem Cäſar und Pompejus angieng. Er hat kein Ehrenamt verwaltet, ob er gleich den Memnius nach Bithynien begleitet, welcher als Proprätor dahin gieng. (epig. 4, 32. 47.) Als ſein Bruder in Troas geſtorben war, reiſete er abermal nach Aſien, ihm die letzte Ehre zu erweiſen. (epig. 102.) Er fieng zeitig an zu poetiſiren, da er kaum das 17. Jahr erreichet hatte, und es ſcheinet, daß er in ſeiner Jugend das meiſte geſchrieben habe.

(epig. 69, 15.) Er gewann durch ſeinen Witz anſehnliche Freunde, worunter **Cornelius Nepos** (epig. 1.) und **Cicero** waren. Dieſem danket er im 50 Gedichte für eine Wohlthat; daher man geglaubet, daß ihn Cicero vor Gericht einmal vertheidiget habe, welches auch nicht unwahrſcheinlich iſt, weil er ihn als den beſten Advokaten rühmet. Hätte ihm Cicero etwas anders erwieſen, ſo würde er ihn vermuthlich von einer andern Seite gelobet haben.

Seine Sprache hat hin und wieder noch einige archaismos, und ſeine Verſe ſind nicht vollkommen ſo ſchön, als derer Dichter, die bald nach ihm, unter dem Kayſer **Auguſt** gekommen ſind: An Anmuth aber, an Zärtlichkeit, und natürlicher Schönheit iſt nichts über ihm.

Uebrigens wäre es gut, wenn er züchtiger gelebet hätte: ſo würde die Nachwelt nicht nur ſeinen Witz, ſondern auch ihn ſelbſt höher ſchätzen. Aber er ſcheinet von den Ausſchweifungen der Wolluſt nicht entfernet geweſen zu ſeyn. Denn was er zu ſeiner Entſchuldigung anführet, das iſt ſchlecht ausgeſonnen:

- Caſtum eſſe decet pium poetam
Ipſum, verſiculos nihil neceſſe eſt.

Siehe Herrn Prof. **Gesners** ſchöne Anmerkungen über ſolche witzige Thorheiten, bey Plin. Epiſt. 4, 27, 4. Ich habe daher nur wenige Stücke daraus genommen; welche ich nach der Ausgabe des berühmten Io. Georg. Graeuii, zu Utrecht 1680, 8. gezählet, aber doch auch die andre Numer, wo ſie von jener abgehet, beygeſetzet habe.

I.

1. Dedicatio operis ad Cornelium Nepotem.

Quoi dono lepidum nouum libellum,
Arido modo pumice expolitum?
Corneli tibi: namque tu ſolebas
Noſtras eſſe aliquid putare nugas
Iam tum, cum auſus es, vnus Italorum
Omne aeuum tribus explicare chartis,
Doctis, Iuppiter! et laborioſis.
Quare habe tibi, quicquid hoc libelli eſt,
Qualecunque; quod o Patrona Virgo!
Plus vno maneat perenne ſeclo.

1. Quoi-lepidum. Quoi ſtehet für cui. Der Poet lobet nicht ſeine Arbeit mit dem Worte lepidus libellus, ſondern das Büchelchen ſelbſt, das er ſauber und zierlich hatte binden laſſen, wie das folgende beweiſet.

2. Pumice expolitum. Die Alten banden ihre Bücher auch in Pergament ein, welches ſie mit Bimſenſtein abrieben. Pumex iſt gener. comm. daher einige arida leſen. Tibullus bezeuget, was ich vorhin angeführet, 3, 3, 9.

   Lutea ſed niueum inuoluat membrana libellum
   Pumex et canas tondeat ante comas:

   Sonſt brauchten ſie den Bimſenſtein auch zur Zubereitung des Pergamentes, worauf ſie ſchreiben wollten. S. N. 5, v. 8.

5. Iam tum. Cornelius Nepos hatte alſo vorher ſchon ein hiſtoriſches Werk von der Univerſalhiſtorie herausgegeben, worin er des Catulli, als eines ſinnreichen Poeten, rühmlich erwähnet hatte.

Vnus Italorum, du biſt der einzige unter den Römern, der dergleichen Werk geſchrieben.

6. Tribus chartis iſt ſo viel, als, tribus libris, in 3 Büchern, wie Scaliger mit einem Verſe des Q. Serenus, eines Poeten unter dem Caracalla, beweiſet:

Tertia namque Titi ſimul et centeſima Liui Charta. Das iſt, das 103. Buch des Livii. Die Urſache iſt, weil die Bücher der Alten meiſtentheils Rollen waren, (volumina): doch machten bisweilen 2 Rollen 1 Buch aus. Plin. Epiſt. 3, 5, 5.

7. Iuppiter! Dieſer Vocativus wird als ein Zeichen der Verwunderung geſetzet.

8. Quicquid hoc libelli eſt qualecunque. Nimm dieſes geringe Buch, als ein ſchlechtes Geſchenk, von mir an.

9. Patrona Virgo. Soll Minerva ſeyn, die Vorſteherin der Gelehrſamkeit, und der Bibliotheken, wo ihre Bildſeule zu ſtehen pflegte. Voſſius hat Patroa Virgo, und verſteht die Veſta, welche eine Jungfrau heiſſet, ſo fern ſie das Feuer, das reineſte Element, iſt; Patroa, weil ihr Dienſt mit dem entfernteſten Stifter des römiſchen Volks, dem Aeneas, nach Italien gebracht worden: Endlich glaubte man, daß ſie den Anfang einer Sache beglückte, daher ſie Catull hier gar wohl anrufen können.

II.

3. Luctus in morte Paſſeris.*

Lugete o Veneres, Cupidineſque,
Et quantum eſt hominum venuſtiorum!
Paſſer mortuus eſt meae puellae:
Quem plus illa oculis ſuis amabat.

Nam

Nam mellitus erat, ſuamque norat
Ipſam tam bene, quam puella matrem:
Nec ſeſe a gremio illius mouebat:
Sed circumſiliens modo huc modo illuc
Ad ſolam dominam vsque pipilabat.
Qui nunc it per iter tenebricoſum,
Illuc, vnde negant redire quemquam.
At vobis male ſit, malae tenebrae
Orci, quae omnia bella deuoratis!
Tam bellum mihi paſſerem abſtuliſtis.
O factum male! o miſelle paſſer!
Tua nunc opera meae puellae
Flendo turgiduli rubent ocelli.

* Dieſes ſcherzhafte Trauergedicht iſt jederzeit vor ein Meiſterſtückgen unſers Poeten gehalten worden. Und in der That kann nichts artigers und zärtlicheres in dieſer Art gemachet werden. Joh. Scaliger hat es in Diſticha gebracht, Opuſc. p. 349. der Frankf. Ausgabe, 8. Ich ſetze es der Jugend zu Gefallen hieher: nicht, daß ich glaubte, dieſe etwas harten Verſe ſtritten mit dem Original um den Vorzug; ſondern damit ſie ſehen, durch was vor Uebungen berühmte Leute die lateiniſche Poeſie erlernet haben. So lautet es:

Lugete, o quantum eſt Venerum atque Cupidinum amantum!
Atque venuſtorum quicquid vbique hominum eſt,
Lugete, ille meae luſusque et cura puellae:
Ah dolor! ille meae delicium dominae,
Paſſer mortuus eſt, quem ſerio amauerat illa,
Plus quam ſe, plus quam vitam oculosque ſuos.

Namque erat et mellitus, et ipſam cognitam habebat,
Tam bene, quam matrem noſtra puella ſuam:
Et circumſiliens, vti ne a gremio illius vnquam
Cederet, ad ſolam pipilitabat heram.
At nunc it per iter nigrum miſer; ah miſer! illic,
Vnde vnquam reducem nemo pedem retulit.
At vobis male ſit! male! qui omnia bella voratis,
O, orci, vobis, ah male ſit tenebrae!
Tam bellum nobis rapuiſtis paſſerem inique,
O male factum! o, mi paſſer, atrox facinus!
Ecce tua cauſa noſtrae tumefacta puellae
Turgeſcunt ſalſis lumina lacrimulis.

1. Veneres Cupidinesque. Die Liebesgötter und Göttinnen, unter deren Aufſicht alles ſtund, was ſchön und artig iſt: und daher auch mit ihren Namen genennet wurde.

6. Suam matrem. Das ſuam muß zweymal verſtanden werden. Denn die Worte folgen alſo: et ipſam Lesbiam ſuam, tam bene norat, ac puella ſuam noſſe ſolet matrem. Er war wie ihr Kind.

8. Ad dominam-pipilabat. Er hipfte immer auf ihrem Schooſſe herum, und zwitſcherte ihr entgegen, als ob er ihr liebkoſete. Ad bedeutet zwar bisweilen ſo viel als apud, wie Scaliger über dieſe Stelle beweiſet, aber es iſt, deucht mir, hier unnöthig. Vsque immerfort.

10. Iter tenebricoſum. Der finſtre Weg der Todten, den alle abgeſchiedne Seelen wandern müſſen.

15. Male, o miſelle. Man muß dieſen Vers ohne Eliſion ſcandiren, auf griechiſche Art, wie bey andern lateiniſchen Poeten auch bisweilen geſchiehet. Z. E. unten N. 16, v. 4.

16. Tua opera. Um deinet willen. So ſaget Plin. Hiſt. Nat. 7, 44. ſuae virtutis opera periturus. S. Chreſtom. Plin. p. 22. §. 14.

III.

4. Faſeli laus et dedicatio. *

Phaſelus ille, quem videtis, hoſpites,
Ait fuiſſe nauium celerrimus,
Neque vllius natantis impetum trabis
Nequiſſe praeterire, ſiue palmulis
Opus foret volare, ſiue linteo.
Et hoc negat minacis Adriatici
Negare litus, inſulasue Cycladas,
Rhodumque nobilem, horridamue Thraciam,
Propontida, trucemque Ponticum ſinum:
Vbi iſte, poſt Phaſelus, antea fuit
Comata ſilua. nam Cythorio in iugo
Loquente ſaepe ſibilum edidit coma.
Amaſtri Pontica, et Cythore buxifer,
Tibi haec fuiſſe et eſſe cognitiſſima,
Ait Phaſelus: vltima ex origine
Tuo ſtetiſſe dicit in cacumine,
Tuo imbuiſſe palmulas in aequore,
Et inde tot per impotentia freta
Herum tuliſſe, laeua, ſiue dextera
Vocaret aura, ſiue vtrumque Iuppiter
Simul ſecundus incidiſſet in pedem;
Nec vlla vota litoralibus Diis
Sibi eſſe facta, cum veniret a mare
Nouiſſimo hunc ad vsque limpidum lacum.
Sed haec prius fuere: nunc recondita
Senet quiete, ſeque dedicat tibi,
Gemelle Caſtor, et gemelle Caſtoris.

* Faſelus oder Phaſelus maſc. und femin. ein Fahrzeug, welches von faſelus, und faſeolus, eine türkiſche oder Stengelbohne, wegen einiger Aehnlichkeit der Geſtalt, den Namen hat. Der Poet hatte mit dieſem, ſo er hier beſchreibet, ein Paar Reiſen nach Aſien, und wieder zurück nach Welſchland gethan, und weihet es hier auf eine feyerliche Art dem Caſtor und Pollux, als den Patronen der Seefahrer, aus Dankbarkeit vor ihren Schutz. Das Gedicht ſelbſt, ſo auch eines der artigſten unſers Poeten iſt, beſtehet aus lauter reinen jambiſchen Verſen, ohne untermiſchte Spondäen, und iſt daher auch um des künſtlichen und ſeltenen metri willen merkwürdig.

3. Trabis. Trabs ſtehet gar oft bey den Poeten vor nauis: weil die allererſten Schiffe nichts anders, als ausgehohlte Balken, geweſen, conf. N. 13, v. 19.

4. Palmulis. Palma und palmula die flache Hand, aber auch, der Aehnlichkeit wegen, das breite Ende des Ruders, und das Ruder ſelbſt.

6. Minacis Adriatici. Weil es immer ſtürmiſch iſt, daher es bey dem Horazio Od. 3, 9, 23. auch iracundum heiſſet. Uebrigens kann die Jugend hier, vermittelſt einer Landcharte, die ganze Farth aus dem See Benacus, an welchem Catullus wohnete, bis nach Bithynien ſehen. Aus dieſem See, wo er ſich an Bort begab, fuhr er auf dem Fluſſe Mincius in den Po: dieſer brachte ihn in das adriatiſche Meer; aus dieſem ſchiffete er in das Joniſche, und um Pelopones herum in das Aegeiſche, wo die Cycladiſchen Eyländer lagen: weiter nach Rhodus, Thracien, Propontis, Pontus, woran Bithynien lieget.

11 Comata ſilua. Hier war dieſes nachmalige Fahrzeug ehedem ein belaubter Wald, d. i. ein dicker

dicker grüner Baum auf dem Cythoriſchen Gebürge. S. N. 33. v. 23.

12. Loquente coma. Coma ſteht metaphoriſch, vor das Laub der Bäume, pro fronde. Von dieſem ſagt er loqui, weil es rauſchet, und das Geräuſch, oder, nach Beſchaffenheit der Umſtände, das Flüſtern ſelbſt, nennet er ſibilum. Hier ſtehen alſo drey Metaphoren in einem Satze, die ganz von einander unterſchieden ſind, und die Rede fällt aus einer in die andere, welches den Regeln der Rhetorik zuwider zu ſeyn ſcheinet. Der gelehrte Muretus, welcher dieſes bemerket, führet aus eben dieſem Gedichte, nämlich aus dem 3. Verſe noch ein ſolches Exempel einer vermeinten Verachtung der rhetoriſchen Regeln an: wo auch in einem Satze natare, ire und volare von dem Schiffe geſaget werden, wovon das erſte eigentlich den Waſſerthieren, das andre den Thieren auf Erden, und das dritte dem Geflügel zukömmt. Doch nach der Anmerkung des berühmten Herrn Profeſſor Erneſti in Initiis Rhetor. §. 320. iſt dieſe Veränderung der Methaphoren alsdenn erſt fehlerhaft, wenn das Subject des Satzes metaphoriſch ausgedrücket iſt, und die Beywörter oder Prädikate ſich zu ſolcher Metaphore nicht ſchicken: z. E. wenn unſre philoſophiſche Redner das Wort Grund, anſtatt Urſache gebrauchen, und das Beywort wichtig oder erwägen dazu ſetzen, ſo iſt das nach den Regeln der Rhetorik unrichtig und widerſinnig, ob man es ſchon nicht erkennen will. Denn wer hat je den Grund eines Hauſes gewogen, oder geſagt, wie wichtig, das iſt, wie ſchwer er ſey? Eine Urſache kann metaphorice wichtig heiſſen und erwogen werden: aber ein Grund muß unterſucht werden, ob er feſt, zuverläßig, unumſtößlich, gewiß, oder ſchwach, wankend, ſandig.

dig, u. ſ. w. ſey. Wenn hingegen das Subject mit dem eigentlichen Worte benennet iſt, ſo kann man verſchiedene Metaphoren hinzuſetzen. Denn da eine Sache mit vielen Dingen eine Aehnlichkeit haben kann: warum ſollte ich nicht einige derſelben zuſammen ſetzen können? Dies iſt aber in gegenwärtigem Falle. Das Subject iſt Phaſelus, von dem kann ich das ire, natare, und volare ganz wohl ſagen. In dem erſten Exempel iſt comata ſilua das Subject, das Prädikat ſibilum edidit; daran iſt nichts zu tadeln, auch an dem Beyſatze coma noch nichts. Aber wie ſteht es mit loquente? das ſchickt ſich allerdings nicht wohl zu coma, und würde, wenn man dergleichen Kleinigkeit an einem Poeten ſo ſcharf rügen müßte, eben die Critik verdienen, als die vielleicht auch nicht ſogar ungereimten ſepulchra viua des Gorgias. S. Initia Rhet. l. c.

13. Amaſtri-Cythore. Amaſtris und Cythorus oder Cytorum, wie es Cellarius ſchreibet, zwey Städte in Paphlagonien am Pontus Euxinus gelegen, wo viel Buxbaum wuchs.

15. Vltima ex origine. Seit den älteſten Zeiten, wo nicht gar vom Anfange der Welt.

17. Imbuiſſe in aequore. In deinen Waſſern wären ſeine Ruder zuerſt naß worden.

18. Impotentia freta. Impotens wird oft von den Affecten, abſonderlich dem Zorne geſaget: und ſo iſt es auch hier ſoviel als irata, turbulenta freta.

19. Laeua ſiue dextera etc. Der Wind mochte von der Rechten oder von der Linken kommen; oder wir mochten auch mit vollem Winde ſeegeln. Pes heiſſet bey den Schiffern das Seil, womit das Seegel geſpannet wird, und zwar zur Linken pes ſiniſter, zur Rechten pes dexter. Beydemal hat das Schif halben Wind, lateiniſch, facit pedem. Wehet aber der

der Wind dem Schiffe gerade in den Rücken, daß es mit vollen Seegeln fähret, ſo heiſſet der Wind eigentlich ſecundus, und man ſagt ventus ſimul incidit in pedem vtrumque. Anſtatt ventus ſteht hier Iuppiter poetiſch.

22. Nec vlla vota. In der Noth thun die Schiffer Gelübde, die ſie hernach, wenn ſie an das Land kommen, bezahlen ſollen. Dieſer Faſelus rühmt alſo, daß ſein Herr niemals nöthig gehabt, wenn er ihn gefahren, ein Gelübd zu thun. Litoralibus Diis. Virgil nennet ſie Georg. 1, 436.

Votaque ſeruati ſoluent in litore nautae
Glauco et Panopeae et Inoo Melicertae.

23. A mare nouiſſimo. Die Alten declinirten im ablat. mare, wie aus einigen Stellen Varronis und Plauti erhellet. Nouiſſimum mare das äuſerſte Meer, kann das Schwarze wohl heiſſen, weil weiter hin nur noch der See Mäotis iſt.

25. Sed haec prius fuere. Doch das iſt vorbey!

26. Senet. Seneo ein altes Wort, das nachher abgekommen, ſo viel als ſeneſco.

27. Gemelle Caſtoris i. e. Pollux, Caſtors Zwillingsbruder.

IV.

9. Verannii ex Hiſpania reditum et ſibi et ipſi gratulatur.

Veranni, omnibus e meis amicis
Antiſtes mihi millibus trecentis,
Veniſtine domum ad tuos penates,
Fratresque vnanimes, tuamque matrem?
Veniſti. o mihi nuntii beati!

Viſam

Viſam te incolumem, audiamque Iberûm
Narrantem loca, facta, nationes,
Vt mos eſt tuus? applicansque collum
Iucundum os, oculosque ſuauiabor?
O, quantum eſt hominum beatiorum,
Quid me laetius eſt beatiusue!

2. Antiſtes, andere leſen Antiſtans, welches ſtatt einer Erklärung ſeyn kann: der allen andern Freunden vorgehet.
Millibus trecentis ſc. paſſuum. Auch im Deutſchen redet man ſo. Er geht ihm auf hundert Meilweges vor.

V.

22. (19.) Ad Varrum de Suffeno.

Suffenus iſte, *Varre,* quem probe noſti,
Homo eſt venuſtus, et dicax, et vrbanus,
Idemque longe plurimos facit verſus,
Puto eſſe ego illi millia aut decem, aut plura,
Perſcripta; nec ſic, vt fit, in palimpſeſto
Relata; chartae regiae, noui libri,
Noui vmbilici, lora rubra, membrana
Directa plumbo, et pumice omnia aequata.
Haec cum legas, tum bellus ille, et vrbanus
Suffenus, vnus caprimulgus aut foſſor
Rurſus videtur: tantum abhorret ac mutat.
Hoc quid putemus eſſe? qui modo ſcurra,
Aut ſi quid hac re tritius videbatur,
Idem inficeto eſt inficetior rure,
Simul poëmata attigit: neque idem vnquam

Aeque

Aeque eſt beatus, ac poëma cum ſcribit:
Tam gaudet in ſe, tamque ſe ipſe miratur.
Nimirum idem omnes fallimur; neque eſt quisquam
Quem non in aliqua re videre Suffenum
Poſſis. Suus cuique attributus eſt error:
Sed non videmus manticae quod in tergo eſt.

5. In palimpſeſto. Palimpſeſtus. Von παλιν und ψάω rado. Iſt radirt Pergament, worauf man was neues ſchreiben will, das man hernach wieder anders wohin ins Reine bringet, wie man etwa jetzo das Conceptpapier brauchet. Man könnte auch die bey uns gewöhnlichen Schreibtafeln, worauf man mit Bleyſtift ſchreibet, und die man immer wieder abreibet, füglich palimpſeſtum nennen. Er hat dieſe Menge Verſe nicht etwa nur noch auf dem Concepte, wie andre Poeten.

6. Chartae regiae. Wie wir auch ſagen Royalpapier.

7. Vmbilici. Vmbilicus die beyden Enden der kleinen Walze, um welche die Alten die Bücher aufrolleten, wie man etwa jetzo mit groſſen Landcharten thut, nur daß dieſe zwey ſolche Walzen zu haben pflegen. Wer eine ſolche Rolle aufſchläget, der kömmt zuletzt an dieſe Walze, daher iſt die Redensart gekommen, ad vmbilicum rem perducere, welches eben ſo viel iſt als finire rem, perficere.
Lora rubra. Rothe Bänder, womit es zugebunden wird.

8. Membrana directa plumbo. Es ſind überall Linien mit Bley gezogen, damit die Schrift recht gerade würde. Das iſt: Es iſt alles mit dem äuſſerſten Fleiſſe auf das zierlichſte geſchrieben. Das Bley, womit dieſe Linien gezogen werden,

werden, heiſſet ſonſt praeductale, wie Salmaſius anmerket.

Pumice omnia aequata. S. oben N. 1. v. 2.

10. Caprimulgus. Qui capras mulget, ein Schaafknecht: den witzigen, den galanten Suffenus ſollte man für einen groben Schaafknecht und plumpen Tagelöhner halten; vnus vermehret die Bedeutung des Subſt. wie im Deutſchen ein Erzſchaafknecht.

11. Abhorret ſc. a ſe, ac *mutat* i. e. variat. neutraliter. S. mehr Exempel in Geſneri Theſaur. L. L. So ſehr unähnlich iſt er ſich ſelbſt, und ſo gar verändert.

12. Hoc quid putemus eſſe? Wie mag das immer zugehen?

13. Qui modo ſcurra. Dieſes Wort hat ehemals eine gute Bedeutung gehabt, die bey Plauto auch noch etlichemal übrig iſt: und ſo wird es auch hier genommen. Die witzigen Köpfe haben dieſes Schickſal durch ihre Schuld, daß ihr Name zuletzt verächtlich wird: wie das Franzöſiſche bel eſprit und das Engliſche a Wit. S. Herr Eberts Ueberſetzung der Youngiſchen Nachtgedanken p. 64.

14. *Hac re* i. e. ſcurra, *tritius*. Oder wenn ſonſt noch etwas gewandter, als ſolch ein Ding ſeyn mag. Tritus, eigentlich abgegriffen: dergleichen Dinge ſind blank, glatt und gehen leicht durch die Hand. Es ſchickt ſich alſo dieſes Wort gut vor einen, der ſich gleich in alles zu ſchicken weiß, der auf jede Rede eine Antwort bereit hat, und den wir deutſch gewandt nennen.

17. Gaudet in ſe. Er freuet ſich innerlich. Eben ſo beſchreibet Horazius ſolche elende Poeten:

Gaudent ſcribentes, et ſe venerantur, et vltro,
Si taceas, laudant, quicquid ſcripſere beati.

18. Idem fallimur, i. e. quoad idem, eadem in re oder eadem vel ſimili ratione.

20. At-

20. Attributus. Jeder hat ſeinen eignen Fehler, jeder ſeine beſondre Thorheit.

21. Manticae quod, i. e. quae mantica. Was auf unſerm Rücken für eine Taſche hänget. Er zielt auf die Aeſopiſche Fabel, welche Muretus über dieſe Stelle alſo anführet: Ἄισωπος ἔφη, δύο πήρας ἕκαςον ἡμῶν φέρειν: τὴν μὲν ἔμπροσθεν, τὴν δὲ ὄπισθεν. καὶ ἐις μὲν τὴν ἔμπροσθεν ἀποτιθέναι τὰ τῶν ἄλλων ἁμαρτήματα, ἐις δὲ τὴν ὄπισθεν τὰ ἑαυτȢ, διὸ ȣ̓δὲ καθορῶμεν αὐτά. S. auch Phaedr. Fab. 4, 9.

VI.

32. (28) Ad Sirmionem peninſulam.

Peninſularum, *Sirmio,* inſularumque
Ocelle, quascunque in liquentibus ſtagnis,
Marique vaſto fert vterque Neptunus:
Quam te libenter quamque laetus inuiſo,
Vix mi ipſe credens, Thyniam, atque Bithynos
Liquiſſe campos, et videre te in tuto.
O quid ſolutis eſt beatius curis,
Cum mens onus reponit? ac peregrino
Labore feſſi venimus Larem ad noſtrum,
Deſideratoque acquieſcimus lecto!
Hoc eſt, quod vnum eſt pro laboribus tantis.
Salue, o venuſta Sirmio, atque hero gaude!
Gaudete vosque Lydiae lacus vndae:
Ridete quicquid eſt domi cachinnorum!

1. Sirmio. S. oben in dem Leben des Poeten. Sonſt ſaget uns der groſſe Joſeph Scaliger über dieſe Stelle, daß dieſes Sirmio lange Zeit die Wohnung ſeiner fürſtlichen Vorfahren, der

Scaligerorum, geweſen ſey: Wie denn noch ſeinem Großvater, Benedix Scaliger, etliche Dörfer am See Benacus gehöret hätten. u. ſ. w. S. Chriſto. Aug. Heumanni Supplementa Hiſt. liter. Goetting. in Corollariis ſubiectis, loco vltimo et laudatam ibi Veronam Illuſtratam Scipionis Maffei, P. II, p. 15. ingleichen Sam. Luth. Geret Obſeruat. ad Vngeri Vitam Aldi Manutii p. 126. et Ioſ. Scaligeri Opuſcula.

3. Vterque Neptunus. Neptun iſt doch der Herr des ganzen Waſſerreiches, ſowol der Flüſſe, als der Seen und Meere, Ouid. Met. I, 275. ſowol der ſüſſen als der ſalzigten Waſſer. Hievon erkläret alſo Turnebus vtrumque Neptunum: welches auch dadurch wahrſcheinlicher wird, weil Sirmio an keinem Meere lieget.

5. Thyniam. Eine Inſel bey Bithynien am ſchwarzen Meere.

6. In tuto auf dem feſten Lande, wo man keiner Gefahr, wie auf der See, unterworfen iſt. Dieſe heiſſet daher infidum marmor. Num. 14, 24.

7. O quid ſolutis etc. Der berühmte Douſa ſetzet hier quam hinein, und conſtruiret ſo: O quid beatius eſt, quam cum mens onus reponit, ſolutis curis.

8. Peregrino labore, i. e. in peregrina terra ſuſcepto feſſi: oder auch, nach eben dieſes gelehrten Mannes Auslegung, peregrinandi labore feſſi. Denn eine ſo weite Reiſe kann wol labor heiſſen, da ſie mit vielen Ungemächlichkeiten verbunden iſt.

11. Hoc eſt, quod vnum. Dieſes einzige habe ich von allen meinen ausgeſtandenen Unruhen, daß mein Vaterland und mein weniges Vermögen mir um deſto lieber iſt. Er hatte alſo wol nicht viel in der Fremde gewonnen.

12. Hero

12. Hero gaude. Freue dich doch eben ſo ſehr über die Zurückkunft deines Herrn, als er über dich.

13. Lydiae vndae. Warum hier das Waſſer des Sees Benacus jetzo Lago di Garda, Lydiae vndae heiſſe, darüber ſind die Meynungen verſchieden. Einige gelehrte Männer glauben, daß auf den Urſprung der Etrurier, in deren Lande er lag, geſehen werde, welches gar wahrſcheinlich iſt, zumal da auch Virgil die Tyber Lydium Tibrim nennet, Aen. 2, 782. conf. Aen. 9, 11. Scaliger hingegen will durchaus Ludii leſen, und beweiſet ſehr gelehrt, daß Ludius einen Tänzer heiſſe, und Ludiae vndae daher ſo viel ſeyn, als Waſſer, das in beſtändiger Bewegung iſt. Ich bin zu wenig, etwas zu entſcheiden: zweifle aber, daß ſeine Gelehrſamkeit hier wohl angebracht ſey.

14. Ridete quicquid cachinnorum, d. i. ridete omnes cahinnos lachet was ihr lachen könnet, oder freuet euch aus allen Kräften. Ridere cachinnum iſt eben ſo geredet, als bellare bellum, gaudere gaudium u. d. gl.

VII.

35. (31) Saeculare carmen ad Dianam. *

Dianae ſumus in fide
Puellae et pueri integri,
Dianam pueri integri,
Puellaeque canamus.
O Latonia maximi
Magna progenies Iouis,
Quam mater prope Deliam
Depoſiuit oliuam!

Montium domina vt fores,
Siluarumque virentium,
Saltuumque reconditorum,
Amniumque ſonantium.
Tu *Lucina* dolentibus
Juno dicta puerperis,
Tu potens *Triuia*, et notho es
Dicta lumine *Luna*.
Tu curſu *Dea* menſtruo
Metiens iter annuum,
Ruſtica agricolae bonis
Tecta frugibus exples.
Sis, quocunque placet tibi,
Sancta, nomine, Romulique
Ancique, ut ſolita es, bona
Soſpites ope gentem!

